Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-69669-p0001-1

RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.

NIhil in ſacris literis magis obvium eſt, quam creberrima ad pœnitentiam maturè, & dùm tempus eſt, agendum exhortatio: Cum enim poſt hanc vitam nulla veniæ ſpes, nullus miſericordiæ locus, nulla redemptionis promiſſio, nullum ampliùs tempus, nulli dies, nulli ſuperſint anni, ſed una & ſola æternitas in æternum extendenda, ubi in inferno nullus confitebitur Domino, *Pſ. 16.* utiq; non immeritò omnes ac ſinguli ad pœnitentiam maturè agendam erunt admonendi. Paulus ſuo hac in parte non deeſt officio. In ultimo Epiſtolæ ad Galatas capite *v. 10.* expreſſè inquit: *Dum tempus habemus*, operemur bonum: Johannes Chriſti præcurſor κηρύσσων βάπτισμα μετανοίας εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, nihil aliud habuit in ore, quam pœnitentiam: Ferte fructus dignos pœnitentiæ: *Luc. 3. 8.* Eccleſiaſticus itidem ſuadet, ut quilibet ἐν καιρῷ ἁμαρτημάτων, in tempore infirmitatis vel peccatorum oſtendat converſionem ſuam. Providus certè Navarchus, dum æquora ſilent; & mare tranquillum eſt, ea, quæ navigationi ſunt peroportuna, comparat, laxatas navis compages reſtaurat, ac ſeſe adverſus tempeſtatem communit, ne fortè procella inopinatò ſupervenient*e*, ventiſq; vehementer ingruentibus grave naufragii periculum incurrat. Ita quoq; quandiu vitæ hujus malacia & tranquillitas in juventute ridet, diligenter præparanda ſunt ea, quæ ad alterius viæ ac vitæ iter ſunt neceſſaria, quorum cum fide verâ primum eſt, cordis contritio & pœnitentia vera, quæ ῥίζα τῆς θεοσεβείας à Chryſoſtomo rectè appellatur. Ea igitur ne per horam eſt differenda, *Syr. 5. 8.* Sed hodiè cum Zachæo feſtinandum, *Luc. 19. 6.* hodiè dum ſani ſumus & juvenes, pœnitentia agenda. Quando enim tunc acturi ſumus, cum peccare ampliùs non poſſumus, & peccata nos dimiſerunt, non verò nos illa, *ut ait Ambroſ. in Exhortat. ad pœnitent.* Nec ſine cauſa diem mortis fecit Deus nobis incertum, ut obſervemus hodiernum diem non ultimum cras, quia ignoramus, quod ſit ultimum cras. Sufficit, quod vixerimus uſq; ad hodiernum. Qui enim non ſuſcipit modò tempus pœnitentiæ, poſt mortem non invenit locum indulgentiæ. *Auguſt. in ſpec. peccat. c. 6. To. 9.* Hic igitur unus quilibet ſive ſenex, ſive juvenis, ſive puer ſit, peccata ſua deploret, nec erit, quod illic terreat; mordeant nos hìc verba, & non lancinabit nos illìc vermis venenoſus, urat nos hìc increpatio, & non uret nos illic gehenna ignis. *Chryſoſt. ſerm. ad pœnitent. & confeſs.* Inprimis vero ad ſeriam & veram pœnitentiam agendam & non procraſtinandam tempora nos monent præſentia, in quibus exempla variarum calamitatum & fragilitatis humanæ ſeſe offerunt frequentiora, quibus admoniti, hodiè divitias bonitatis, patientiæ & longanimitatis divinæ ad pœnitentiam nos ducere patiamur, ne ſecundum impœnitens cor noſtrum theſaurizemus nobis iram in die iræ, & revelationis juſti judicii Dei, *Rom. 2. v. 4. 5.* Feſtinemus igitur hìc hìc dum oſtium pœnitentiæ apertum eſt, priusquam illud occludatur. Quod ſuo loco per ſingulos vitæ ſuæ dies, donec hodiè cognominatum fuit, *Heb. 3. 13.* obſervavit juvenis optimis parentibus, optimoq; ingenio natus, Dn. Romanus Schmidt L. L. Studioſus, de cujus vitæ exordio, progreſſu & fine, ut quædam ad petitionem commilitonum officioſam, ita, ut moris eſt, commemoremus, relatum Nobis eſt, eum in Valle Joachimica urbe, quàm clarâ, tàm antiquâ, Divinitatis participem factum fuiſſe ex ortu ſuo, & ſemina generis, quæ occultis tractibus à majoribus repetita, radices agunt, concepit à parentibus tùm famâ, tùm annis proſapiæ gravis, & connubiali nobilium quarundam domorum propinquitate celeberrimis, Calendis Novembris, anni ſupra milleſimum quingenteſimum, nonageſimi ſeptimi. Parens ejus audivit Vir Clariſſimus & Conſultiſſimus, Dn. *Romanus* Schmidt Brennoburgenſis Marchicus, qui multos per annos & Imperii Electoribus & aliis Principibus Cancellarii, Conſiliariiq; officio ac fide innotuit; Tribus etiam Imperatoribus à diverſis ſervitiis, legationibus, & commiſſionibus fuit. Inter alia verò Auguſta Vindelicorum poſſet teſtari, quàm ſtrenuè Archiepiſcopi Magdeburgenſis cauſam in petitione Inveſtituræ, *uti vocatur*, anno cIↄIↄ LXVI. egerit. Poſtea aulæ, præſertim religionis, amore pertæſus, velut optatum portum, Vallem appulit Joachimicam, cujus florentis, Conſularem dignitatem vicies quaſi tuitus eſt, inq; hoc officio præter alias virtutes inprimis tanquam gemmam aureæ palæ, pietatem inſeruit, cujus rei ejus meditationes ſacræ relictæ poſſent fidem facere. Ita ergo ex hac Valle callem inſtitit talem, quâ uti contigit, Anno cIↄIↄIX. die M. Julii XX. ætatis ſuæ anno LII. ad æternæ tranquillitatis portum perferretur. Mater fuit è familia *Chriſtophori* Heſchens / aulæ Cæſareæ officiarii non poſtremi, triennio abhinc menſe Majo, anni cIↄ Iↄ CXXVIII. itidem piè defuncta, poſtquam ætatem ad LXIV. annos protelaſſet. His parentibus ad pietatem è cunis & liberalia ſtudia initiatus in ſcholâ Valle Joachimicâ ingenium ex eo non vulgare cepit elucere. Et quod ferè fato bonarum fit mentium, parentes citiùs amiſit, ut etiam ſe patrueli ſuo Dn. Sebaſtiano Schmidt civi & mercatori hìc Lipſiæ Anno cIↄ Iↄ CXVII. cõmendare neceſſe habuerit, à quo etiã ter diverſis temporibus poſtliminiò receptus, omnis generis humanitatis officiis adfectus fuit, quæ ὁ ἐν εὐλογίᾳ pleno etiam, gratoq; depredicavit ore, corã illo ſuo patrueli. Fuerunt hæc beneficia, ut & aliorum εὐεργετῶν favores incentivũ noſtro, ut ſæpe numero de aëre & agro Lipſico mutando, ipſum mutârit animum, Noſtris, præſertim ut & Dn. D. Caſp. Jungermanni, & Dn. D. Wilhelmi Schmuccii, Prof. publici, monitis accedentibus. Sed cũ totius orbis angulis deploratæ Martis preſſuræ magis magiſq; ingraveſcerent, nobilitatis, & alio nomine inſignibus viris operã ſuã in informandâ ſobole cõmodavit, tandemq; nobilitate & prudentiâ Clariſſimi Viri, Dn. Valentini Seebiſchen Patricii Breslavienſis, ibidem ſenatoris & Architecturæ præfecti filium huc ſecum adduxit, & aliquantiſper hìc commorans, à pietatis, ſolertiæ & diligentiæ laude, quibus inſigniter commendandus veniebat, à Magnifico, Nobiliſſimo, Ampliſſimo atq; Conſultiſſimo Viro, Dn. *Davide Döringio* JCto celeberrimo, in Bohlen / Seelingſted Mühlbach vnd Lamperswalda / hæreditario, Sacri Romani Imperii Exemto, Palatii Lateranenſis, Aulæq; Cæſareæ & Imperialis Conſiſtorii Comiti, nec non Sereniſſimi Electoris Saxoniæ, &c. Dn. noſtri clementiſſimi, à Conſiliis Cameræ & rei metallicæ, in ſingularem benevolentiam receptus, & in collegarum operi Juridico adhibitorum numerum adſcitus fuit, quo in collegio induſtriam raram & ſpecimen profundæ eruditionis ſolertiſſimè fecit, ſtudiorumq; ſuorum alis ita ſubvectus fuit, ut ad ſupremum Doctoris faſtigium, quod multa confirmant ſuffragia, elevari potuiſſet. Unde etiam favorem tàm prænominati JCti Nobiliſſimi & Magnifici eximium favorem, & ejuſdem filii, viri itidem Nobiliſſimi & Conſultiſſimi, Dn. Danielis Döringii J. U. D. Sacri Romani Imperii Exemti, Palatii Lateranenſis Aulæq; Cæſareæ & Imperialis Conſiſtorii Comitis, ſingularem benevolentiam vivus expertus eſt. Quin & cæteri Collegæ funus defuncti deplorant, cujus inhabitator nuper erat animus ita humanioribus ſtudiis & Juris utriusq; peritiâ politus, ut feſſus laborum eſſe non poterat. Et cum jam nomen ſuum ævo commendare cœperat; violentiâ morborum factum, ut in medio gloriæ ſtadio corriperetur. Nam primò ingens æſtus & virium languor ipſum XXXI. Julii ſunt adorti, qui tamen adhibitis pharmacis V. Auguſti expirarunt, ita ut etiam in pago Hoffſtedt S. S. Euchariſtiâ uti potuerit; ſed paulò poſt reverſi medicamentorum uſu eoſdem iterum profligavit. Lipſiam deinde tendens, ubi medicorum ope præſentiore frui conſultiùs fore ratus, D. Laurentium acceſſit, & unde pedum laſſitudo, quam diebus aliquot, ab adventu ſuo, contraxerat, amovenda eſſet, conſilium petiit, & illius Medici eò pervenit cura, ut huic affectui brevi obex poſitus fuerit, & ipſe ægrotus ultro citroq; deambulare potuerit. Sed progreſſu ad quartum dierum, lectum repetiit, quo quidem adhuc meliuſculè habuit; Sub veſpere verò vehementi correptus eſt catarrho, & febricula, uſq; ad tertiam matutinam; Ex quibus poſtea eluctatus, non uſq; adeò adverſam valetudinem ſenſit, donec media nocte idem cum ſymptomatis catarrhus ſe exerens, uſq; ad quintam mane perduraverit. Licet vero dies ſequentes in meliora promittere viderentur; attamen die Dominica poſt nonam adeò vehemens eum concuſſit paroxiſmus, ut virium defectu vix lingua ſuo uſui relicta fuerit. Adhibitis igitur probatis Medicorum auxiliis, cum eorum vim conjuratus morborum complexus eluderet, cœleſtem adiit Archiatrum, & confeſſione factâ, ſe Cœnâ Dominicâ inſtruxit, & ex hoc, uti conſueverat, hæc verba, quæ inſignia ſuæ pietatis ſunt teſtimonia, ſubinde ingeminavit: *JESU CHRISTE tibi vivo, tibi morior.* Et cum extrema jam agi ſentiret, Deo intimè triplici nomine egit gratias, quod 1. piis eum parentibus natum; & quod 2. nonnihil perſecutionis ſibi propter verbum ejus imponere, quod deniq; 3. vitam huc uſq; prorogare voluerit, & ex ejus fidelitate infidelitatem mundi agnoſcere dederit, itaq; poſt quadrantem horæ pias haſce inter cogitationes & ſuſpiria placidè obdormivit, anno ætatis ſuæ trigeſimo quinto.

Cum igitur terræ talis Studioſus, quem pietas & ardens devotio vulgo, quem ingenium rei literariæ Studioſis, quem ſolertia ſummis commendabat viris; Studioſorum etiam erit reliquorum, huic commilitoni ultimum præſtare honorem exequialem. Quod, ut ſuâ ſponte, pietate & ſuo quilibet moniti officio, faciant, monemus ſeriò, P. P. XXIII. Auguſt, Anno cIↄ Iↄ c XXXI.

Excudebat GREGORIUS Ritzſch.

36.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-69669-p0003-2
DFG

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-69669-p0004-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-69669-p0005-4

RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.

NIhil in ſacris literis magis obvium eſt, quam creberrima ad pœnitentiam maturè, & dùm tempus eſt, agendum exhortatio: Cum enim poſt hanc vitam nulla veniæ ſpes, nullus miſericordiæ locus, nulla redemptionis promiſſio, nullum ampliùs tempus, nulli dies, nulli ſuperſint anni, ſed una & ſola æternitas in æternum extendenda, ubi in inferno nullus confitebitur Domino, *Pſ. 16.* utiq; non immeritò omnes ac ſinguli ad pœnitentiam maturè agen- [illegible] expreſ- [illegible] ἄφεσιν ἀ- [illegible] us itidem [illegible] n. Provi- [illegible] omparat, [illegible] rvenien- te, ventisq; vehemen [illegible] ntute ri- det, diligenter præpa [illegible] pœniten- tia vera, quæ ῥίζα τῆς θ [illegible] feſtinan- dum, *Luc. 19. 6.* hodi [illegible] oſſumus, & peccata nos dimiſ [illegible] ut obſer- vemus hodiernum d [illegible] nim non ſuſcipit modò tempus pœnitentiæ, poſt mortem non invenit locum indulgentiæ. *Auguſt. in ſpec. peccat. c. 6. To. 9.* Hic igitur unus quilibet ſive ſenex, ſive juvenis, ſive puer ſit, peccata ſua deploret, nec erit, quod illic terreat; mordeant nos hìc verba, & non lancinabit nos illìc vermis venenoſus, urat nos hìc increpatio, & non uret nos illic gehenna ignis. *Chryſoſt. ſerm. ad pœnitent. & confeſs.* Inprimis vero ad ſeriam & veram pœnitentiam agendam & non procraſtinandam tempora nos monent præſentia, in quibus exempla variarum calamitatum & fragilitatis humanæ ſeſe offerunt frequentiora, quibus admoniti, hodiè divitias bonitatis, patientiæ & longanimitatis divinæ ad pœnitentiam nos ducere patiamur, ne ſecundum impœnitens cor noſtrum theſaurizemus nobis iram in die iræ, & revelationis juſti judicii Dei, *Rom. 2. v. 4. 5.* Feſtinemus igitur hìc hìc dum oſtium pœnitentiæ apertum eſt, priusquam illud occludatur. Quod ſuo loco per ſingulos vitæ ſuæ dies, donec hodiè cognominatum fuit, *Heb. 3. 13.* obſervavit juvenis optimis parentibus, optimoq; ingenio natus, Dn. Romanus Schmidt L. L. Studioſus, de cujus vitæ exordio, progreſſu & fine, ut quædam ad petitionem commilitonum officioſam, ita, ut moris eſt, commemoremus, relatum Nobis eſt, eum in Valle Joachimica urbe, quàm clarâ, tàm antiquâ, Divinitatis participem factum fuiſſe ex ortu ſuo, & ſemina generis, quæ occultis tractibus à majoribus repetita, radices agunt, concepit à parentibus tùm famâ, tùm annis proſapiæ gravis, & connubiali nobilium quarundam domorum propinquitate celeberrimis, Calendis Novembris, anni ſupra milleſimum quingenteſimum, nonageſimi ſeptimi. Parens ejus audivit Vir Clariſſimus & Conſultiſſimus, Dn. *Romanus* Schmidt Brennoburgenſis Marchicus, qui multos per annos & Imperii Electoribus & aliis Principibus Cancellarii, Conſiliariiq; officio ac fide innotuit; Tribus etiam Imperatoribus à diverſis ſervitiis, legationibus, & commiſſionibus fuit. Inter alia verò Auguſta Vindelicorum poſſet teſtari, quàm ſtrenuè Archiepiſcopi Magdeburgenſis cauſam in petitione Inveſtituræ, *uti vocatur,* anno CIↃ IↃ LXVI. egerit. Poſtea aulæ, præſertim religionis, amore pertæſus, velut optatum portum, Vallem appulit Joachimicam, cujus florentis, Conſularem dignitatem vicies quaſi tuitus eſt, inq; hoc officio præter alias virtutes inprimis tanquam gemmam aureæ palæ, pietatem inſeruit, cujus rei ejus meditationes ſacræ relictæ poſſent fidem facere. Ita ergo ex hac Valle callem inſtitit talem, quâ uti contigit, Anno CIↃ IↃ IX. die M. Julii XX. ætatis ſuæ anno LII. ad æternæ tranquillitatis portum perferretur. Mater fuit è familia *Chriſtophori* Heſchens/ aulæ Cæſareæ officiarii non poſtremi, triennio abhinc menſe Majo, anni CIↃ IↃ CXXVIII. itidem piè defuncta, poſtquam ætatem ad LXIV. annos protelaſſet. His parentibus ad pietatem è cunis & liberalia ſtudia initiatus in ſcholâ Valle Joachimicâ ingenium ex eo non vulgare cepit elucere. Et quod ferè fato bonarum fit mentium, parentes citiùs amiſit, ut etiam ſe patrueli ſuo Dn. Sebaſtiano Schmidt civi & mercatori hìc Lipſiæ Anno CIↃ IↃ CXVII. cõmendare neceſſe habuerit, à quo etiã ter diverſis temporibus poſtliminiò receptus, omnis generis humanitatis officiis adfectus fuit, quæ ὁ ἐν εὐλογίᾳ pleno etiam, gratoq; depredicavit ore, corã illo ſuo